



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio sexta. Vtrum circuncisio fuit conuenienter instituta, vbi agitur de tempore & populo, & de ritu circumcisionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

D.J.R. 6.71
D.1.3.5

Magistri Durandi de

conferebatur gratia ex opere operari. Cuius ratio est, quia in sacramentis non conferetur gratia nisi sufficienti sacramentum (lacet coferenti usus possit esse meritorius) sed sacramenta primo modo dicta non sufficiebantur ab aliquo proprio per modum sacramenti, sed erant oblationes Deo facte a populo per manus ministrorum legis, ergo per talia sacramenta nulli conferebatur gratia.

ii. Si autem loquamur de sacramentis strictius sumptis, sic in quibusdam conferebatur gratia, in quibusdam non quia quin sacramenta efficaciam habeant ex institutione diuina, illa sacramenta veteris legis que a Deo instituta sunt ad effectum qui non potest haberi sine gratia, aut ad officium quod non potest bene exerceri sine gratia confe-rebant gratiam ex pactione & ordinatione diuina: non enim deficit Deus in necessariis, & talia videntur fuisse circuncisio, qua ordinabatur ad deletionem peccati originalis, que non potest fieri sine gratia, & vincio sacerdotis, que ordinabatur ad sacramentorum administrationem, que non poterat bene fieri sine gratia, ut infra patet. Alia autem sacramenta que ordinata sunt ad effectum, propriei quem non requirebatur gratia, non conferebant gratiam, sicut fuit in confirmatione leprosi, qui aspergebatur cum ligno cedrino, & hysopo intincto sanguine pafseris immoziari, & cum ceteris que tanguntur Leuit. 9. & in similibus, quia haec si significabant aliquid sacram in noua lege futurum, tamen pro tunc non exhibebantur nisi propter corporalem effectum, scilicet ad tollendum aliquam irregularitatem legis, propter quam arcebantur ab ingressu castrorum, vel templi.

12 AD rationes patet responsio. Ad primam, concessum enim est quod vincio sacerdotalis conferebat gratiam de qua procedit illa obiectio.

13 Ad secundum dicendum quod sacramenta propinquiora nouae legis fuerunt perfectiora ceteris paribus, ut fiat comparatio eorum inter se, que in lege & ante legem instituta fuerunt solum ad significantium, & aliorum inter se, que instituta fuerunt ad sanctificandum: & ideo si sub lege fuisset aliud sacramentum institutum contra originale peccatum, fuisse perfectius & efficacius quam circuncisio, & forte dici posset quod vincio sacerdotalis fuit perfectior. Ad minorem etiam posset dici quod circuncisio fuit quodque propinquum sacramenti nouae legis, sicut fuerunt sacramenta veteris legis quantum ad durationem: quia simili cessavit cum legalibus, licet quantum ad suam institutionem praecesserit legalia.

14 A R G V M E N T A in oppositum probant, quod facia nostra largè sumpta non conferebant gratiam, quod concessum est.

Sententia seu diuisio secundæ partis distinctionis primæ in generali & speciali.

Fuit autem inter sacramenta. Superius determinauit Magister de sacramentis in cōmuni: hic determinat specialiter de quodam sacramento veteris legis, scilicet de circuncisione, que cum sacramentis nouae legi aliquam similitudinem habebat. Et dividitur in duas partes. Quia primum determinat de circuncisione que fieberat octaua die. Et secundum mouet questionem de pueris qui moriebantur ante octauam diem. Secunda ibi. Si vero quatuor. Prima dividitur in partes quatuor. Primum ostendit eius efficaciam. Secundum, institutionem. Tertio, institutionis rationem. Quartu[m] mutationem. Secunda ibi. Hic est dicendum. Tertia ibi, data autem fuit. Quarta ibi. Ideo autem mutata est. Prima in duas. Primum tangit efficaciam circuncisionis. Secundum offendit quod idem habebant quod edam remedia ante preceptu[m] de circuncisione datum ibi. Queritur autem de viris qui fuerunt. Et haec est sententia & diuisio lectionis in generali.

2 IN speciali autem sic procedit Magister, & proposuit quod sacramentum circuncisio, quamvis sit de sacramentis veteris legis, tamen antiquis idem remedium conferebat contra peccata quod modò baptismus, tamen non aperiebat ianuam regni celestis, quod autoritatibus confirmat. Postea querit quod remedium habebant contra peccatum viri ante circuncisitionem, & scimus ante & post. Et respondet quod illi qui ex surpe Abraham descend-

Sancto Porciano

debant, per circuncisitionem iustificabatur. Qui vero ante circuncisitionem fuerunt parvuli, quidam in fide patrum, parentes vero virtute sacrificiorum, mulieres vero ante circuncisitionem & post, per fidem & operationem bonâ, vel suam, si erant adulteri, vel parentum si erant parvulus: quod auctoritatibus confirmat. Postea determinat de institutione circuncisitionis quantum ad quatuor, ostendens primò cui data sit, scilicet Abraham primo, & consequenter semini eius. Secundò quare data est ipsi, propter duo. Primum propter meritum, obedientiam in signum fidei magne, & in distinctionem populi Iudaici a ceteris populis. Secundò in qua parte fiebat, quia in carne preputii, & hoc duplice ratione. Primum quia concupiscentia per quam peccatum origine contrahitur a parentibus, in cuius remedium instituta est circuncisio, dominatur in illa parte magis. Secundò, vt in illa parte homo signum obedientie recipere, in qua primus homo primus in obedientiam fecit. Quarto dicit quo tempore, & quo instrumento, quia octauo die, & cultro lapideo. Et hoc ad designandum duo. Primum resurrectionem carnis octaua etate faciendam, in qua corruptio carnis ab electis tolleretur. Secundò ostendit resurrectionem Christi tertia die facta, per quam anima cuiuslibet in ipsum creditus circuncidetur a peccatis. Postea dicit quod ideo per baptismum circuncisio fuit mutata, quia sacramentum baptismi communis est & perficitus: in circuncisitione enim solum peccata remittentur, sed gratia non conferebatur, in baptismo vero gratia non habentur confertur, & habent augurum. Ultimum queritur utrum parvuli qui moriebantur ante octauam diem, qua secundum legem debebat fieri circuncisio saluarentur. Et dicit quod non, sicut modò non salvantur pueri qui moriuntur ante baptismum. Subdit tamen quod propter necessitatem licebat pueros circumcidere ante octauam diem. Et in hoc terminatur tentativa, &c.

Q U E S T I O S E X T A .

Vtrum circuncisio fuerit conuenienter instituta.
Tib. 3. q. 70. ar. 2.

Circa lectionem istam queruntur tria. Primum est de circuncisione. Secundum est de remedio parvolorum ante circuncisitionem. Tertium est de cessatione circuncisitionis & legalium. Adhuc circa primum queruntur duo. Primum est de institutione circuncisitionis. Secundum est de eius efficacia. Quantum ad primum queritur utrum circuncisio fuerit conuenienter instituta. Et arguitur quod non, quia peccato originali non debetur pena sensibilis, sed solum pena damni, sed in circuncisitione fuit magna pena sensibilis, ergo circuncisio non fuit conueniens remedium peccati originalis.

2 Item medicina debet proportionari morbo, sed peccatum origine fuit communis morbus omni populo & omni sexu, ergo medicina eius debuit esse communis omnibus: quod non fuit circuncisio, quia data fuit soli populo Iudaico, & tantum viris, & non mulieribus.

3 IN contrarium est quod fuit instituta a Deo a quo nihil sit nisi conuenientissimum.

4 R E S P O N S I O . Circa circuncisitionem est tria considerare: tempus quando deus eam instituit, populum cui data fuit, & ritum qui seruari debuit. Et quantum ad haec tria fuit circuncisio conuenienter instituta. Quod patet quantum ad primum: data enim fuit ante legem scriptam, & conuenienter, quia lex scripta non fuit danda nisi populo fidelis. Fides enim est fundamentum diuinæ legis. Ex hoc sic arguitur: populus fidelis receptus legem debuit distinguere prius ab infidelibus aliquo signo fidei, sed ad hoc data fuit circuncisio, ergo ipsa dari debuit ante legem. Et quia Abraham primus se regegauit se a societate infidelium & familiam suam secundum mandatum Dei dicitur: Ereditate terra tua & cognacione, ideo merito ipsi & semini eius data fuit primum circuncisio, & hoc est quod dicitur Rom. 4: quod signum accepit circuncisitionis signaculum iustitiae fidei.

5 Secundum patet scilicet quod solum debuit dati populo Iudaico, & solis viris non mulieribus: de populo patet ex

Lib. IIII. Distinctio. I.

Vide Tho. ad. 3. ex iam dictis, quia illi populo dari debuit circuncisio qui debuit ab aliis distinguiri ob susceptionem legis, sed ille fuit solus populus filiorum Israeli, licet enim in aliquibus aliis personis esset fides ut in Ioh. & forte in pluribus aliis in nullo tamen populo uno fuit fides nisi in illo, ergo illi soli populo debuit dari circuncisio, vnde & si Abraham fuit data circuncisio & feminis eius Gen. 17, tamen per diuinam electionem separatus est Ishmael a feminis Gen. 21. In Isaac vocabitur tibi semen non in Ishmael. Item Esau separatus est a Jacob, sicut scribitur Mal. 1. Jacob dilexit, Esau odio habuit, quod recitat Apostol. Rom. 9. Ita filii autem Jacob non est facta aliqua segregatio & ideo omnibus illis & suis circuncisis competit, successores autem Ishmael & Esau ad circuncisio tenebantur, quando fuerunt de familia Abraham & Isaac, non autem post recessum ab eis.

Vide Tho. ad. 4. 6. Quod autem solis masculis dari debuerit pater, quia circuncisio intuitu fuit contra originale peccatum non solum ad effectum remissionis, sed in signum traductio-nis, sed causa traductiois originalis peccati est solus masculus: si enim Adam peccasset & non Eua, nihilominus peccatum originale traductum fuisset. Si vero Eua peccasset & non Adam, non fuisset propter hoc traductum, vt fuit viuum in libro secundo, ergo solis masculis debuit dari circuncisio. & sic patet secundum.

L. 3. q. 2. 7. Quantum ad tertium notandum est quod circa ritum circuncisio quodam sunt necessitate sacramenti, aliqua de pracepti necessitate, alia vero solu de solennitate. De necessitate sacramenti fuerunt determinatio membrorum & modus circumcidendi, scilicet secundum figuram circula-re: de necessitate praecetti fuit quod circuncisio parvulum non differret ultra octauum diem, de solennitate ve-ro fuit quod cum cultro lapideo fieret. Ratio primi est ista: quia illa sunt de necessitate sacramenti quae directe significant interior effectum sacramenti, quia sacramenta illud efficiunt quod figurant, sed interior effectus circuncisio-nis fuit purgatio originalis peccati, scilicet cuius signum fuit determinatio membrorum & modus circumcidendi, ergo ita fuerunt de necessitate circuncisio. Major patet, mi-nor probatur, quia originale peccatum est virtutum traduc-tum per generationem & circulariter, eodem quod persona primo inficit naturam & deinde natura personam: signum autem manifestum huius infectionis est ablato circula-ris præputio à membro generationis, quare &c.

Tho. 3. q. 3. 8. Secundum patet scilicet quod dies octauus est so-lum de necessitate praecetti, non autem de necessitate sa-cramenti. De enim octauo dati est præceptum Gen. 17, quod extendebat solum ad parvulos. Profelytus enim & aduenis acceditibus ad fidem & ritum Iudeorum, si cu[m] Achior de quo habetur Iudith. 9. non erat determi-natus dies ad circuncidendum, & Abraham ipso die cir-cuncisus est quo accepit præceptum, vt habetur Gene. 17. Ex quo patet quod determinatio diei non fuit de neces-sitate sacramenti: quia quod est de necessitate sacramenti respicit equaliter omnes, sed determinatio diei non respi-cebat equaliter omnes, ergo &c. Et quia circa sacramenta omisso illorum quae sunt de necessitate solum praecetti non evacuat sacramentum, licet scient id omittens pecca-tum, ideo circuncisio facta post octauum diem valebat, sed differens peccatum, scilicet pater & illi quibus incumbebat circumcidere puerum. Excusantur tamē à peccato illi qui non circumciderunt filios suos in deserto propter neces-sitatem quae tangitur Iosue. 5. scilicet quia negligebant quan-do castra mouenda erant, quia iudicio columnæ nubis mouebantur. De illis autem qui ex sola negligentiā vel contemptu prætermittebant, dicit August. quod inobe-dientiam incurabant.

Tho. 3. q. 4. 9. De præueniendo autem die octauum videtur Ma-gister sentire in litera quod licitum erat imminentे mor-tis articulo. Alii vero dicunt contrarium, quod etiā sentit Hugo de san. Victore, & probatur per ritum quem adhuc obseruant Iudei qui ante octauum diem nullū parvulum circumcidunt. Et per glossam quae habetur Prouer. 4. super illud quod dicit Salomon alius de seipso: vngeneris eram coram matre mea, quae dicit quod alius filius Bersabea non computabatur, quia ante octauum diem fuit mortuus, & ideo non fuit nominatus, quia nec circumcisus, eo quod in circuncisione imponebatur nomen, vt appareat Luc. 1.

Quæstio VII.

292
de Joanne, & Luc. 2. de Christo. Itē patet per simile, quia nullum animal offerebatur domino ante octauum diem, vi habetur Exod. 22. salubabant autem in fide patētum, scilicet pueri ante datam circuncisionem, & post datam cir-cuncisionem mulieres quibus non erat datum circunci-sionis remedium.

10. Tertiū apparet, scilicet quod cultellus lapideus solum erat de solennitate sacramenti, quia ea que sunt de necessitate sacramenti vel præcepti in ipsa institutione sa-cramenti traduntur: obligat enim quotienscumq[ue] imminet sacramentum ministrare, sed in institutione circuncisio-nis Gen. 17, nulla fuit facta mentio de cultello lapideo, ergo non fuit de necessitate sacramenti vel præcepti: vnde nec Iudei modō cultello lapideo circuncidunt. Fuit enim de necessitate ad significandum quod per petrā, Christum scilicet omnis superfluitas auferretur ab electis. Et ideo in principaliis circuncisionibus adhibitus fuit cultellus lapideus, vt patet Iosue. 5. & de Sephora, Exod. 4. licet for-te illa adhibuerit petram ad circuncisionem filii magis ex necessitate, quam pro solennitate.

11. AD primum arg. dicendum quod pena sensibilis que est in circuncisione est ex natura actus, & non pro sa-tisfactione culpe, sicut & in baptismo est pena sensibilis, cū aqua est nimis frigida.

12. Ad secundum patet responsio, per ea quae dicta sunt in secundo articulo questionis, quia circuncisio non fuit solum generale remedium contra originale peccatum, sed vt significans causam traductiois eius, quae est in solis masculis, ideo &c.

Q V A N T O S E P T I M A.
Vtrum circuncisio auferret culpam, &

conferebat gratiam.

Tho. 3. q. 7. o. 4.

S Econdū queritur vtrum circuncisio auferret culpam originalem, & conferebat gratiam: quia sacramenta solum illud efficiunt quod figurat, sed circuncisio solum significabat ablationem non collationem, siebar enim sola ablatione præputi, ergo solum auferret culpam, & non conferebat gratiam.

2. Item poterat cōtingere quod circuncidens habet peccatum actuale mortale, sed gratia non fiat cum peccato actuali mortali, ergo si circuncisio in adulto conferebat gratiam, sequitur quod circuncisio auferret peccatum actuale, quod nufquam legitur.

3. IN contrarium est quod dicit Augu. & habetur in litera. Et legitur de conse. distin. 4. capitulo, ex quo insis-tuta est circuncisio, vbi dicit sic: ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, quae erat tunc signaculum iustitiae filii dei ad purgationem valebat magnis & paruis originalis, veterisq[ue] peccati, sicut baptismus ex illo tempore valere incepit ad innovationem mentis, ex quo instituti est, sed baptismus nunc auferret culpam, & confert gratiam, ergo circuncisio tunc.

4. Idem expressius dicit Beda in homil. super Luc. 2. sū per illo verbo, postquam consummati sunt dies octo. & habetur in litera.

5. R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est an circuncisio auferret culpam. Secundum, vtrum conferret gratiam.

6. Q U A N T Y M ad primum sciendum est quod hoc, scilicet quod circuncisio auferret culpam, non possumus cōvincere nisi vel ex eius significatione, vel ex institutione. Ex primo non, quia multa fuerū legalia, quae expresius vel à quod expresse figurabant mundationem à culpa, sicut cir-cuncisio, vt pote lotio in aquis viuentibus, de qua habetur Levit. 15. & expiatio per aquā lustrationis, de qua habetur Num. 8. & 19. cap. & tamen haec non auferebant culpam. Refat ergo quod hoc conuincatur ex eius institutione. Institutionem autem eius ad hoc, scilicet ad auferendum culpam originalem probare non possumus, nisi ex dictis scripture. Et isto modo Beda probare conatur vbi suprā dicens sic: Qui nūm per euangelium terribiliter & salu-briter clamat, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei, ipse dudum clamabat per legem suam, anima cuius præputii caro circun-cisa nō fuerit, peribit de populo suo, quia pactum nūm irritum fecit. Ex quo videtur quod similis sit cōminatio-

004 non